

(58)

S E N T E N T I A
SINGULIS MENSIBUS ANNI
A QUOVIS CHRISTIANO
CONSIDERANDÆ.

J A N U A R I U S

Tria futura cogita.

Mortem qua nihil horribilius,
Judicium extremum quo nihil terribilius
Pœnam inferni qua nihil intolerabilius.

F E B R U A R I U S.

Tria præsentia semper cogita.

Vitæ præsentis brevitatem,
Salvandi difficultatem,
Salvandorum paucitatem.

M A R T I U S.

Tria præterita cogita.

Malum commissum ,
Bonum omissum ,
Tempus amissum .

APR

Sententiae pro singulis mensibus anni, 59

A P R I L I S.

Remedium securitatis.

Memento peccati ut doleas,
Memento mortis ut desinas,
Memento justitiae ut timeas,
Memento misericordiae ne desperes.

M A J U S.

Tria Deo abominosa.

Injustitia fori,
Macula thori,
Superbia chori.

J U N I U S.

Tria formidabilia.

Diabolus seducens,
Mulier blandiens,
Leo rugiens.

J U L I U S.

Tria inestimabilia.

Sanitatis perseverantia,
Amici constantia,
Conscientiae fiducia.

A U G U S T U S.

Tria signa superbiae.

Habitus varietas,

In-

60 *Sententia pro singulis mensibus anni,*
Incessus deformitas,
Affectum mobilitas.

S E P T E M B E R.
Tria stultitia signa.

Ambitiosa mens,
Oculus facile flens,
Os multum ridens,

O C T O B E R.
Tria sunt iudicia.

Judicium D E I,
Judicium conscientiæ,
Judicium mundi.

N O V E M B E R.
Sunt avertenda ne pereat.

Castitas in delitijs,
Humilitas in divitijs,
Pietas in negotijs.

D E C E M B E R.
Viri prudentis signa.

Omnibus suavis,
Nemini gravis,
Paucis familiaris.

VIA